



## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

1. Vtrum Christus debuerit prædicare solum Iudæis, vel etiam gentilibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

ess. licet tertia apud  
Martham, secundo  
reciter, & secundam  
ultimo referat, non  
dicitur quae illarum  
prior fuerit, & pie-  
rea ex Luca nullus  
istarum tentationum  
ordo temporis habe-  
tur. Mathias autem  
expresse earum ordi-  
nem dicitur tempus  
explicat, ubi dicit, tunc  
assumpsit eu dia-  
bolum in monte excel-  
sellum. Cuius semel  
dicitur, tunc, i. con-  
suetudine prima tenta-  
tione, assumpsit eu dia-  
bolum in sancta ciui-  
tatem, & postea sub-  
dit, iterum assumpsit  
in monte, aperte mo-  
strans per ly iterum,  
& secundo assumpsit  
in monte, qui primo  
assumpsit i sancta  
ciuitate. Ac per hoc  
patet, quod ordo rei ge-  
neratim quod primo ten-  
tationis fuit in deserto,  
ad quod non est as-  
sumptus a diabolo,  
sed ductus est a Spi-  
ritu sancto, ut tenta-  
retur a diabolo: secun-  
do tentatus supra tem-  
plum, quo assumpsit  
est a diabolo: & ter-  
tio in monte excel-  
so, quo iterum assum-  
ptus est a diabolo: na-  
li haec in monte pra-  
cessit illam supra  
templum, no dixisset  
Mathias, iterum as-  
sumpsit eum dia-  
bolum in montem.  
Cum autem audis  
assumptum dominum  
a diabolo, non intelli-  
gas portatum super  
dolum aut collum  
diaboli, sed ductum  
a diabolo. sic enim  
dicitur Christus assump-  
sit Petrum & Iacobum  
& Ioannem in  
monte, & transfigura-  
tus est ante eos, ut  
dicitur Matth. 17.

eorum, uel populos, uel aurum,  
uel argentum: sed partes terrae,  
in quibus unumquodque regnum  
uel ciuitas posita est, diabolus  
Christo digito demonstrabat,  
& uniuscuiusque regni honores  
& statum, uerbis exponebat. Vel  
secundum \* Orig. ostendit ei  
quomodo ipse per diuersa uitia  
regnabat in mundo.

QVAESTIO XLII.

De doctrina Christi, in quatuor ar-  
ticulis diuisa.

**D**EINDE consideran-  
dum est de doctrina  
Christi.

ET CIRCA hoc quaeruntur  
quatuor.

¶ Primo, Vtrum Christus debuerit  
praedicare solum iudaeis, an  
etiam gentilibus.

¶ Secundo, Vtrum in sua praedi-  
catione debuerit turbationem  
iudaeorum uitare.

¶ Tertio, Vtrum debuerit praedi-  
care publice, uel occulte.

¶ Quarto, Vtrum debuerit do-  
cere solum uerbo, uel etiam  
scripto.

¶ De tempore autem, quo do-  
cere incepit, supra dictum est,  
cum de baptismo eius ageretur.

ARTICVS PRIMVS.

Vtrum conueniens fuerit Christum in  
iudaeis, & non gentibus praedicare.

**A**D PRIMVM sic proceditur.  
Videtur quod Christus non  
solum iudaeis, sed etiam gentili-  
bus debuerit praedicare. Dicitur  
enim Isa. 49. Parum est, ut sis mi-  
hi seruus ad suscitandas tribus  
Israel, & facies Iacob conuerten-  
das, dedi te in lucem gentium, ut  
sis salus in ea usque ad extremum  
terrae: sed lumen & salutem Chri-  
stus praebuit per suam doctrinam,  
ergo uideatur parum fuisse si so-  
lum iudaeis & non gentilibus  
praedicauit.

¶ 2 Præter. Sicut dicitur Matth. 7.  
Erat docere eos sicut potestatem  
habes: sed maior potestas doctri-  
nae ostenditur in instructione il-  
lorum, qui penitus nihil audie-  
runt, quales erant gentiles, unde  
Apostolus dicit Rom. 15. Sic pra-  
dicauit euan gelium, non ubi no-  
minatus est Christus, ne super  
alienum fundamentum aedifica-  
rem, ergo multo magis Christus

**A** praedicare debuit gentibus, quam  
iudaeis.

¶ 3 Præter. Vtilior est instructio  
multorum, quam unius: sed Chri-  
stus aliquos gentium instruxit:  
sicut mulierem samaritanam, Io.  
4. & Chananzam, Matth. 15. er-  
go uidetur quod multo fortius  
Christus debuerit multitudini  
gentium praedicare.

**S**ET, CONTRA est, quod Domi-  
nus dicit Matt. 15. Non sum mis-  
sus nisi ad oues, quae perierunt  
domus Israel: sed Rom. 10. dicitur,  
Quomodo praedicabit nisi  
mittantur? ergo Christus non  
debuit praedicare nisi iudaeis.

**R**ESPON. Dicendum, quod con-  
ueniens fuit praedicationem Chri-  
sti, tam per ipsum quam per Apo-  
stolos a principio solis iudaeis  
exhiberi. Primo quidem, ut ostē-  
deret per suum aduentum imple-  
ri promissiones antiquitus factas  
iudaeis, non autem gentilibus. Vnde  
Apostolus dicit Rom. 15. Di-  
co Christum Iesum ministrum  
circumcisionis, id est, apo-  
stolum & praedicatorum iudeo-  
rum, propter veritatem Dei, ad  
confirmandas promissiones pa-  
trum. Secundo, ut eius aduentus  
ostenderetur esse a Deo. Quae  
a Deo sunt, ordinata sunt, ut dicitur  
Ro. 13. Hoc autem debuit ordo  
exigebat, ut iudaeis, qui Deo erant  
propinquiore per fidem & cultum  
unius Dei, prius doctrina Christi  
proponeretur, & per eos transmi-  
teretur ad gentes: sicut etiam in  
caelesti hierarchia, per superiores  
angelos ad inferiores, diuinae  
illuminationes deueniunt, unde  
super illud Mar. 15. Non sum  
missus nisi ad oues, qui perierunt  
domus Israel, dicit Hier. \* Non hoc  
dicit, quin & ad gentes missus  
sit: sed quod primum ad Israel  
missus est. Vnde Isa. vlti. dicitur,  
Mittam ex eis, qui saluati fuerint,  
scilicet ex iudaeis, ad gentes, &  
annuntiabunt gloriam meam  
gentibus. Tertio, ut iudaeis  
auferreret calumniam materiam,  
unde super illud Matth. 10. In  
uia gentium ne abieritis, dicit Hiero.  
\* Oportebat primum aduentum  
Christi nuntiari iudaeis, ne iustam  
haberent excusationem, dicentes,  
ideo se Dominum reiecit, quia ad  
gentes & Samaritanos, apostolos  
miserit. Quarto, quia Christus  
per crucis uictoriam, meruit  
potestatem & dominium super  
gentes, unde dicitur Apoc. 2. Qui  
uicerit dabo illi potestatem super  
gentes, sicut & ego accepi a patre  
meo, & Phil. 2. dicitur, quod  
quia factus est obediens usque ad  
mortem crucis, Deus exaltauit  
illum, ut in nomine Iesu omne  
genus flectatur, & omnis lingua  
ei confiteatur: & ideo ante pas-  
sionem suam noluit gentibus  
praedicari suam doctrinam: sed  
post passionem dixit discipulis,  
Mat. vlt. Eūtes docete omnes  
gentes. Propter quod, ut legitur  
Ioan. 12. cum imminente pas-  
sione, quidam gentiles uellent  
Iesum uidere, respondit, Nisi  
granum frumenti cadens in terram  
mortuum fuerit, ipsum solum  
manet: si autem mortuum fuerit,  
multum fructum affert. Et sicut  
Aug. dicit ibidem, se dicebat  
granum mortificandum in infide.

dum auctoritatem in  
modo loquens, se-  
cundum rectitudinem  
uitae: & adde quintum,  
secundum excellen-  
tiam doctrinae: & sex-  
tum, secundum irre-  
prehensibilitatem mo-  
ralis uitae, quam do-  
cuit: excellentiam do-  
ctrinae eius, & mani-  
festatio Trinitatis im-  
perium (pater mani-  
festauit nomen tuum  
hominibus) & in ape-  
riendo caelestia, de fe-  
licitate caelesti, de re-  
surrectione & pa-  
ter. Moralis autem ui-  
tae Matt. 5. de actibus  
excellens virtutum,  
qui beatitudines uocantur, & de  
desiderabilibus ab ho-  
mine in oratione do-  
minica & de modo  
uiuendi, talis tanquam  
habetur, & deinde per  
parabolas alioquin eua-  
gelistas &c. ut expe-  
riencia teste uideamus  
Christi uita ple-  
nam omnis boni mo-  
ris, inimicam omni  
uitio: nec in aliquo  
culpabilem, in nullo  
superstitiosam, i nul-  
lo phantasticam, si se-  
cundum Christi doctri-  
nam instituta fuerit.

In illud uer-  
bum Matth.  
15. Non sum  
missus rom. 9.

\* In illud  
Matt. 10. in  
uiam genti-  
um.

\* Trac. 57. in  
Ioan. circa  
med. illius  
tom. 9.

¶ Super Quaestio. 42.  
Art. primum.

**T**ITULUS clarus.  
¶ In corpore v-  
nica conclusio: Con-  
ueniens fuit Christi  
per se & Apostolos  
in principio, hoc est  
ipso mortaliter ui-  
uente, solis iudaeis praedi-  
care. Probatur qua-  
duplicitate. Omnia  
clara sunt.

¶ In responsione ad  
secundum, extendit il-  
la quatuor, penes que  
potestas Christi i do-  
cendo ardeat, i. se-  
cundum miracula, se-  
cundum efficaciam in  
praedicando, secun-

infidelitate iudaeorum, & multiplicandum in fide populorum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Christus fuit in lumen & salutem gentium per discipulos suos, quos ad praedicandum gentibus misit.

AD SECVNDVM dicendum, quod non est minoris potestatis, sed maioris facere aliquid per alios, quam per seipsum: & ideo in hoc maxime potestas diuina in Christo monstrata est, quod discipulis suis tantam uirtutem contulit in docendo, ut gentes, quae nihil de Christo audierant, conuerterent ad ipsum. Potestas autem Christi in docendo attenditur, & quantum ad miracula, per quae doctrinam suam confirmabat, & quantum ad efficaciam persuadendi, & quantum ad auctoritatem loquentis: quia loquebatur quasi dominum habens super legem, cum diceret, Ego autem dico uobis, & etiam quantum ad uirtutem rectitudinis, quam in sua conuersatione monstrabat, sine peccato uiuendo.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut Christus non debuit a principio indifferenter gentilibus suam doctrinam communicare, ut iudeis tamquam primogenito populo deditur obseruaretur, ita etiam non debuit gentes omnino repellere, ne spes salutis eis praecideretur. Et propter hoc, aliqui gentilibus particulariter sunt admissi, propter excellentiam fidei & deuotionis eorum.

¶ Super Questionem quadragesimae secundae de articulo secundum.

ARTICVLVS II.

Utrum Christus debuerit iudeis sine eorum offensione praedicare.

Capit. 11. in Aug. tom. 3.

Tulius motus est propter publicas reprehensiones exhibitas a Christo scribis & pharisaeis, cum eorum scandolo, ut patet in euangelio.

In corpore unica est conclusio: Dominus non obstante iudeorum offensione publice docebat, & uicia eorum redarguebat. Probatur dupliciter. Primo, ratione. Quando aliqui sua ueritate multitudinis salutem impediunt, non est a predicatore uel doctore, eorum timenda offensa, ut multitudinis saluti prouideat: sed scribae, & pharisaei & principes iudeorum, sua malitia plurimum impediabant populi salutem. ergo, maior probatur: quia salus multitudinis praeponenda est paci quorumcumque singularium hominum. Minor probatur, tum quia contra doctrinam Christi per quam solum salus esse potest: tum quia prauis moribus, populi uitam corrumpabant. Secundo, probatur au-

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod Christus debuerit iudeis sine eorum offensione praedicare: quia, ut Augustinus dicit in libro de Agone Christiano, in homine Iesu Christo se nobis ad exemplum uitae praebuit filius Dei: sed nos debemus uirtute offensionem non solum fidelium, sed etiam infidelium, secundum illud 1. ad Cor. 10. Sine offensione estote iudeis & gentibus & ecclesiae Dei, ergo uidetur, quod etiam Christus in sua doctrina offensionem iudeorum uitare debuerit.

¶ 2. Prat. Nullus sapiens debet facere unde effectus sui operis impediatur: sed per hoc quod sua doctrina Christus iudeos turbauit, impediatur effectus eius doctrinae: dicitur enim Lucae 11. quod cum Dominus pharisaeos & scribas reprehenderet, coeperunt grauiter insistere, & os eius opprimere de multis, insidiantes ei, & quarentes aliquid capere ex ore eius, ut accusarent eum: non ergo uidetur conueniens fuisse, quod eos in sua doctrina offenderet.

¶ 3. Prat. Apostolus dicit 1. ad Timoth. 2. Seniores ne increpa-

ueris, sed obsecra ut patrem: sed sacerdotes & principes iudeorum erant illius populi seniores. ergo uidetur quod non fuerint duris increpationibus arguendi.

SED CONTRA est, quod Isa. 8. fuerat prophetizatum, quod Christus esset in lapidem offensionis & petram scandalum duabus domibus Israel.

RESPON. Dicendum, quod salus multitudinis est praeferenda paci quorumcumque singularium hominum: & ideo quando aliqui sua peruersitate multitudinis salutem impediunt, non est timenda eorum offensa a predicatore uel doctore, ad hoc quod multitudinis saluti prouideat. Scribae autem & pharisaei & principes iudeorum sua malitia plurimum impediabant populi salutem: tum, quia repugnabant Christi doctrinae, per quam solum poterat esse salus: tum et quia prauis suis moribus uitam populi corrumpabant. Et ideo Dominus non obstante offensione eorum, publice ueritatem docebat, quam illi odiebant, & eorum uitia arguebat: & ideo dicitur Mattha. 15. quod discipulis Domino dicentibus, Scis quia Iudaei audito hoc uerbo, scandalizati sunt: respondit, Sinite illos, caeci sunt, dicecque caecorum: caecus autem si caeco ducatum praestet, ambo in foueam cadunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod homo sic debet esse sine offensione omnibus, ut nulli det suo facto uel dicto minus recto occasionem ruinae: sed cum de ueritate scandalum oritur, magis est susinendum scandalum, quam ueritas relinquatur, ut Gregorius dicit.

AD SECVNDVM dicendum, quod per hoc quod Christus publice scribas & pharisaeos arguebat, non impeditur: sed magis promouitur effectus suae doctrinae, quia cum eorum uicia populo innotescerent, minus auerteretur a Christo propter uerba scribarum & pharisaeorum, qui semper doctrinam Christi oblitabant.

AD TERTIVM dicendum, quod illud uerbum Apostoli, est intelligendum de illis senioribus, qui non solum etate uel auctoritate, sed etiam honestate sunt senes, secundum illud Num. 11. Congrega mihi septuaginta uiros de senioribus Israel, quos tu nosti, quod senes populi sint. Si autem auctoritatem senectutis in instrumentum malitiae uertant, publice peccato, sunt manifeste & acriter ar-

toritate ipsius Christi. Matth. 15. Sinite illos &c.

¶ Aduerte diligenter sine, & caritas sine oportet ratio publica reprehensionis maiorum assignatur salus multitudinis, & propterea ubi maiores essent pessimi, & ex eorum reprehensione publica non speratur populi salus, loqui non habet imitatio Christi uana, esset huiusmodi publica correctio.

¶ Et hoc bene aduertat praedicatores, ne sequam ponant os in celum, nec omittant distinguere inter maiores corruptos, & multitudine uita malis moribus, uel exemplariter tantum, uel imitatur. Nam maiores, qui palam uel sub aliquo colore adhaerentes uel fornicantes, multitudinem ad haec patranda sollicitarent, sub dicto comprehenduntur canonice, ut scilicet si spes salutis ipsius multitudinis publice arguant. Hi enim sunt, de quibus in responsione ad tertium dicitur, quod auctoritate senectutis in instrumentum malitiae uertunt, publice peccando.

¶ Illi uero maiores, qui suis ceteris sunt peccatis publicis, ut concubinarij & huiusmodi, qui reuera non simpliciter, sed quantum est ex suo exemplo, aliorum mores corrumpunt, an sint publice arguendi, considerandum est. Nam si ex eorum exemplo multitudo similia facit, essent publice arguendi, si spes est emendationis ipsorum uel plebis, postquam moniti ad partem nolent cessare, quod dico: quia isti non ex malitia, sed ex infirmitate peccant. Sed si moniti, cognita ruina populi ex suo exemplo non curarent,

Et similia

Tra